

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN476830389> | LOG_0114

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

omnes & singulæ ad pabulum confluxère, deindè vero ad laborem, in eo consistentem, ut sibi domum exstruerent, accurrerunt. Cameras ergo alias suprà alias sibi textentes, lati semper digiti spatium interponebant, constructo pariter tantæ capacitatis ostio, ut perfectam noctæ magnitudinem eidem inhabitare valeant. Suis ergo cameris, sole suos diffundente radios, omnes & singulæ recipiebantur, eisdem ad deliquium usque solis immorantes; quotidianam hæc actio in consuetudinem abierat in vigesimum quartum usque Junii diem, ubi ovis oblongè rotundis sese intexere incipiebant, in quibus in subsequenti anni mensem Martium usque latuerunt, extunc autem phalænulæ prodierunt.

VII. *Malva.*

V Iridis & lineis albicantibus exornata crucula hoc flore tanquam pabulo in primam usque Junii diem vescitur, ubi mutatur in aureliolam; gressus erat celerrimi, vigesimâ primâ dicti mensis hujusmodi papiliones flavi prodierunt; major eruca pariter hocce flore pascitur, immota plerumque jacebat, at à minutissimo etiam animalculo contrectata, bile veluti motâ, huc illuc feriebat. Tertiâ die Junii in collectis foliis quieti se dedit, decimâ octavâ Junii in aureliam immutabatur, decimâ verò sextâ albicans hujusmodi inquieta phalæna producta fuit.

VIII. *Aquilegia vel Aquilina.*

V Iridis hæc eruca hocce flore tanquam pabulo vescebatur, primâ Augusti harum aliquæ flavis ovis sese intexuerunt, decimâ octavâ nigræ hujusmodi muscæ indè prodierunt, uti latus habet.

Fuscum ac albicans animalculum sex ungviculis instructum pediculis tanquam pabulo vescebatur, secundâ die Junii rotundo albicanti ovo se intexuit, vigesimâ secundâ ejusdem mensis è lucido virentia proruperunt animalcula volantia, quorum unum superius semini insidens conspicitur.